№17.

Явка Привилегии Короля Сигизмунда Виленскому Епископу противу Геретиковъ –

Akt przywileiu JKrMsci służący Jaśnie Wielmożnemu Jm Xdzu Biskupowi Wilęskiemu Przeciwo Panow Heretikow,

Лета от нароженя сына Божого тысеча шестсот шестдесят девятого мца марца двать[ц]ат второго дня.

Передъ нами Судьями Каптуровыми воеводства виленского на зезде сеймику конъвокацыиного вроку прошлого тысеча шестсотъ шестдесят осмого году – не обраными, поставившысе очевисто у Суду Ясне велможныи в бозе превелебныи

е^{го} м^{л} ксендзъ Александеръ з Матеева Сапега з Бож^{ое} ласки Бискупъ виленский оповеда^{л} покладалъ и ку актыкованю до книгъ каптуровы^{х} воеводзтва виленского пода^{н} прывиле^{й} в богу зошло^{го} свет^{ое} памети наяснейшого Короля е^{го} м^{л} зыкгмунта на ре^{чъ} вне^{и} нире^{й} выражоную просечы абы то^{тъ} прывиле^{й} бы^{л} до кни^{г} каптуровы^{х} воеводзтва виленского уписан который уписуючы у книги слово до слова такъ се в собе мае^{тъ}. Sigismundus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Samogetiæ, Masouiæq̧ etc Dominus et heres. Vniuersis et singulis spiritualibus et sæcularibus Principibus, Prælatis, Ducibus, Comitibus, Baronibus, Palatinis, Castelanis, Capitaneis Marschalcis, Tenutariis, Militibus, Legionariis, Centurionib;, Clientib;, Nobilib;. Aulicis, Potestatibus, Magistris, Ciuitatu~ Aduocatis

Consulib, Proconsulib, Civibus, et quibuscunque Provinciarũ Comitatuũ, Districtuũ, urbiũ et oppidorũ Praefectis, Incolis et Communitatib, caeterisque Dignitariis optimatibus, Proceribus, Magistratib, et officialibus cuiuscunque dignitatis et praeeminentiae fuerint, et quiacunque praefulgeant autoritate, ac eorũ vices gerentib seu loca tenentib per et infra magnum Ducatũ nostrum, Lithuaniae Russiae et ubilibet constitutis sincere ac fidelibus et grate nobis dilectis gratiam nostram Reverendi, Illustres Mgfci Generosi Strenui, nobiles, Famati, Honesti et providi, sincere Devoti fideles et grate nobis dilecti Inter caeteras meditationis nrae curas, quae nobis in Culmine hoc Divina Providentia Constitutis iugiter inhaerent princeps et antiquior est de sancta Catholica fide, Religiose et Intemerate in populis Regimini nrũ Subiectis observanda, expedit enim

ut eas quibus nunc Divino præsidentes tem-
poralia præstamus comōda spirituali quoq;
salubriter foveri curemus alimonia, ne tempo-
ralibus duntaxat Intenti salutares vitæ pro-
feſsū negligere videamur. Cum itaq; dogma-
ta quædam perversa pravitate hæretica
æstuantia perniciosaq; et pernicie sua artus
sancte et illibate observandæ fidei Orthodoxæ
inficientia, suggerente hoste nocturno
satore Zizaniæ sub specie ac nomine cuiusdam
Lutheri in partibus Germaniæ exorta pe-
rova vulgi incerti et semper novitate
gaudentis serpentia et pullulantia ad
oras usq; Dominiorum nostrorum quibus pro-
vinciæ Germaniæ vicinitate adhærent pe-
netraſse et percrebuiſse dicuntur. volentes
igitur prout ex conceſso nobis ab alto
Regiæ dignitatis fastigio, tenemur huic
malo velut morbo contagioso occurrere,
et de remedio opportuno tempestive pro=
videre

prouidere ne fermentum ipsum malitiæ. Si conniuentibus nobis intra oras Dominiorū nostrorū sensim irrepserit, in ualescensq non sine grandib subditorum nrorū dispendiis abolendum veniret et exterminandum eſset. duximus edicendum publice, et districte prohibendum duximus Edicimusq et prohibemus, ne quisquam hominum, cuiuscunq sexus, ætatis, status, dignitatis, Præeminentiæ Autoritatis officii Profeſsionis, et cuiuscunq Conditionis fuerit Dogmata præfati Lutheri et sequacium eius, Anabaptistæ dicuntur, ac aliorum a Constitutionibus Sanctæ Matris Ecclesiæ exorbitantium intra limites Dominiorum nostrorum profitere, celebrare, promouere nec affirmare manifeste nec occulte in locis publicis nec priuatis, nec quouismodo vel arte, aut colore quæsito Vulgare nec spargere aut libellos eorum venundare, seruare imo nec apportare In Dominia nostra neq Apportatores aut venditores huiusmodi libellorū seu quoscunq Profeſsores aut Fautores Hæresis prædictæ in Domibus

et quibusuis ditionibus suis subiecta loca suscipere admittere, fouere, protegere, tutari neq ullo auxilii aut fauoris officio iuvare aut prosequi præsumat. Sub pœna Proscripcionis sui ac omniũ bonorum suorũ Confiscationis penitus ac irremissibiliter sumenda et exequenda Quo circa Vniuersitati Vræ districte præcipientes, et omnino id habere volentes mandamus, quatenq exactam et Jugem habeatis curam, vigilemq et cautam custodiam, ut dogmata illa perniciosa Lutherana et Anabaptistica velut venenũ Letale et Contagiosũ in Domibq Familiis et famulitiis, ac locis quibqcunq vestris seu ditioni Vræ subiectis fugiantur, euitenturq arctiq, et abominentur penitus utq nullomodo contra edicti huius Nostri sententiam a quo piam delinqui aut Comitti præsumatur. Si qui uero Timore Dei et nostræ animadversionis(1) postposito, præsens nostrum seuerũ Prohibitorium Edictum opere uel ore Comittendo uel delinquendo aut dicendo quocunq modo transgredi ausi fuerint, illos

(1) Въ текстѣ написано: adnimversionis

tanquam Hæreticos, Heresumq Fautores et nobis Rebelles Rndo in Xsto Patri Domino Joanni Episcopo Vilnensi cui huiusmodi Hæreticæ pravitatis Inquisitionem Edictiq huius nostri executionē cum omnimoda in huiusmodi rebelles et Contemptores Edicti nostri potestate, et vibratione utriusq gladii gerendam et exercendam Commiſsimus quam primum p̄sentare seu præsentari facere, nec non consilia aut auxilia sua ei in p̄miſsis contra huius modi Transgreſsores dum et quando et quoties opus fuerit præstare seduli curent. Secus facere non ausuri, quatenus gratiam nr̄am charam habueritis et pœnam supradictam contra Hæreticos et Fautores eorum a nobis nunc promulgatam evitare ipsi volueritis. Datum Vilnæ Sabatho ipso die sancti Alexii Confeſsoris Anno Domini millesimo Quingentesimo Tricesimo Quinto, Regni vero et magni Ducatq nostrorum Vigesimo nono

У того прывилею Его Кор Мл прыв печати Бел Кнѧз Лит: подпис руки тыми словы Sigismundus Rex. Которы прывиле

Его Кор м[л] за поданє[м] оного чере[з] особу верну[ю]

менєную до актъ єстъ до кни[г] капътуро

вы[х] воеводъства виленского уписанъ.—

Вѣрно: Член Коммиссіи Антоній Марцинкевичъ.

Членъ Комиссіи Викентій Наумовичъ.—

Викарный Соборный Священникъ Михаилъ Корнашевичъ.